



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

31. Martij. Qui obliviscitur sui, & suorum commodorum propter obsequium Dei, habet vigilem pro se Deum. S. Ignat. apud Barto. l. 4. §. 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

mis optimi fieri possunt. Tu tibi, non alii attende.

Ut argilla figuli manum prompta sub quamvis formam recipere facilis, quam artificis manus impresserit; ita tu Deo tractabilem offer. Sine illum agere,

31. Martii.

Qui obliviscitur sui, & suorum commo- rum propter obsequium Dei, habet gilem pro se Deum, S. Ignat. apud Bar- 1.4. §. 35.

FAc pro Deo, quæcunque potes, & pro te faciet, quæ tu non potes; enim illi difficile est tibi succurrere, potestas illi deest, nec voluntas. Prior ille est ad dandas, quam tu accipendas gratias. Nemo meliorem sui curam habet, quam qui sic negligit.

Malè tibi consulis, dum tempus divini obsequiis addictum ad alia derivas: quæ potes rei sperare successum? Si Deo displices, unde tibi erit benedictio?

Quærite primùm Regnum Dei, & cætera adjicientur vobis. Non perit tempus quod pietati tribuitur, plus proficies orando, quam studendo.

Frustra fatigamini ! Non estis vos, qui loquimini. Pater cœlestis dabit vobis in illa hora, quid loquamini. Sine quo nihil, cum quo potestis omnia, facere. In illos liberalior, qui se, & sua parùm, Deum super omnia, curant.

I. Aprilis.

In splendidis, & bene cultis sui contemptus, omnisque excellentia, & existimationis conculcatio corporis maceratione & prior & potior esse debet. S. Ignat. in vit. apud Bart

UT rara, ita magna virtus est humilitas honorata : quòd se myricæ demittant, quòd in humili reptent vermiculi, magnum non est, sed quòd cedrus exaltata caput inclinet, ac quàm altè fertur in sublime, tam profundas in terram mittat radices, hoc vulgare non est.

Honorem & vitam pari passu tueri, ambitionis tessera est; quàm remotum ab hoc Christi axioma ! qui elegit esse opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Qui magnus esse vult, id medià sui depressione obtinebit. Si enim nihil honore sublimius orbis habet, hunc contemp-

E se,